



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Agenda S. Coloniensis Ecclesiae. Hoc Est: Liber Pastoralis

Ferdinand <Köln, Erzbischof>

Coloniae Agrippinae, 1614

Ordo celebra[n]di sole[n]niter Matrimoniu[m].

urn:nbn:de:hbz:466:1-39761

Verf. Domine exaudi orationem meam.

Resp. Et clamor meus ad te veniat.

Oremus

OMnipotens sempiterne Deus, qui vnumquemque fidelem custodis, benedictione **✠** digneris hanc famulam tuam quæ ante fores Ecclesiæ consistit, oratorij ingressum petitura, vt ad tuæ benedictionis domum possit intrare, atque in honore tui nominis perseuerare, ita, vt sincera à labe criminum vtriusque boni commoditatem mereatur conseruare te auxiliante, per Iesum Christum Filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitatem Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum, Amen.

Post hæc aspergat sponsam aqua benedicta, quæ ad locum seu scamnum in templo sibi paratum eunte, ipse sacrû peracturus ad altare procedat.

ORDO CELEBRANDI SO-
lenniter Matrimonium.

I.



Voniam matrimonium quod conciliat Ecclesia, Vertull lib. i. ad vxorē. oblatio sacra confirmat, desponsati coniuges loco honesto collocati deuotè Missam audient.

II. Deo pijs precibus Matrimonium suum commendabunt.

bunt. Offertorij tempore ordine cum amicis, vt pro more offerant, ad altare procedent.

III. Missa legitur de S. Trinitate ordine, & ritu quem Missale continet, cum orationibus de festo, aut Dominica. In eo minister signum pacis osculandum primum sponso, inde sponsæ & cæteris amicis præsentibus exhibebit.

IV. Absoluto sacro & priore Missæ benedictione populo impertita ante Lectionem Euangelij sancti Joannis ad altare coniungendi se sistant.

V. Vbi sacerdos ad desponsatos conuersus primùm si sponsalibus non interfuit, interrogabit sigillatim sponsum, & sponsam num libera voluntate, à nemine coacti, & cum nullo desponsati præstò sint, vt matrimonium ineant? hoc modò:

R. Ihr erscheinet hie freywillig / vnd ungezwungen / auch mit keiner andern in die Ehe versprochen / der Meynung den heiligen Ehestandt anzufangen / vnd durch den Segen der heiliger Kirchen vnd öffentlich Zeugnuß ewer anwesenden Freundt bestetigen zu lassen?

VI. Illis annuentibus literas Dimissoriales, si ijs opus sit, & antea exhibitæ non fuerint, exiget, leget & examinabit. Deinde anulum sibi porrigi iubeat, eumque, si antea benedictus non sit, in modum sequentem versa ad altare facie benedicat.

**FORMA BENEDICENDI
annulum coniugalem.**

Sacerd. Adiutoriũ nostrũ in nomine Domini.

Resp. Qui fecit cœlum & terram.

Psal. 67.